

**DISPUTATIO II.**

De Matrimonio ut sacramentum est. 350

Art. I. Utrum Matrimonium sit vere & proprium Sacramentum, conferens gratiam? ibid.

§. I. Matrimonium vere & proprium rationem Sacramenti habeat, breviter ostenditur. 351

§. II. Solvuntur objectiones. 352

Art. II. An matrimonium inter absentes per procuratorem, vel per literas contractum, sit Sacramentum? 354

§. I. Quibusdam promissis referuntur sententia. 355

§. II. Vera sententia duplici conclusione statuitur. 355

§. III. Solvuntur objectiones. 356

§. IV. Resolvuntur breviter alia difficultates. 357

Art. III. Quis sit minister hujus Sacramenti? 357

§. I. Referuntur sententia, & vera eligitur. 358

§. II. Solvuntur objectiones. 358

Art. IV. Qua sit materia & forma hujus Sacramenti? 359

§. I. Referuntur ac resolvuntur varia Theologorum sententia. ibidem.

§. II. Verior seu probabilior sententia declaratur. 360

**DISPUTATIO III.**

De Sponsalibus. ibid.

Art. I. Quid sint sponsalia, & quantum ad illorum valorem requirantur? ibid.

Art. II. Qui possint sponsalia contrahere? 362

Art. III. Resolvuntur breviter aliqua difficultates, de obligatione ex sponsalibus proveniente. 363

Art. IV. Quibus de causis sponsalia dissolvi possint? 365

Art. V. An per solum ingressum in Religionem, & per simplex votum castitatis, sponsalia dissolvantur? 367

§. I. Duplici conclusione utraque difficultas resolvitur. ibid.

§. II. Solvuntur objectiones. ibid.

**DISPUTATIO IV.**

De consensu Matrimonii. 368

Art. I. An ita ad matrimonium necessarius sit proprius conjugum consensus, ut nulla auctoritate humana, vel divina, sine illo fieri absolute nequeat? ibid.

§. I. Quibusdam promissis referuntur sententia. 369

§. II. Duplici conclusione vera sententia statuitur. 369

§. III. Solvuntur objectiones. 370

Art. II. Utrum consensus ad valorem matrimonii requisitus, debeat esse verus, & verbis aut signo aliquo exteriori expressus? 370

§. I. Prima difficultas resolvitur. 371

§. II. Alia difficultates resolvuntur. 371

Art. III. An jure veteri Ecclesiastico, vel novo, per Tridentinum indulto, irritentur matrimonia consensu clandestino facta? 372

§. I. Duplici conclusione utraque difficultas resolvitur. 373

§. II. Solvitur difficile argumentum, & breviter explicatur qua ratione Tridentinum matrimonia clandestina irritare poterit. 374

§. III. Resolvuntur alia difficultates, seu casus conscientia, circa matrimonia clandestina, & praedictum Concilii Tridentini decretum. 374

Art. IV. An & quo jure, matrimonium factum ex metu gravi, seu in vitium constantem cadente, irritum sit? 375

§. I. Quibusdam promissis, utraque difficultas resolvitur. 376

§. II. Solvuntur objectiones. 376

§. III. Corollaria precedentis doctrina. 378

Art. V. Utrum per consensum conditionatum fiat matrimonium? 379

Art. VI. An consensus in copulam sit de essentia matrimonii? 379

§. I. Pramittitur quod fere apud omnes est certum, & sententia Gratiani rejicitur. 380

§. II. Aliqua objectiones solvuntur. 380

§. III. Relatis sententiis, principalis difficultas duplici conclusione resolvitur. 381

§. IV. Solvuntur objectiones. 382

**DISPUTATIO V.**

De indissolubilitate matrimonii. ibid.

Art. I. Utrum matrimonium, ut est in officium naturae, non solum lego & institutione divina, sed etiam jure naturae, indissolubile sit? 383

§. I. Pramittitur qua apud omnes sunt certa, & referuntur sententia. 384

§. II. Conclusio affirmativa statuitur. 384

§. III. Solvuntur objectiones. 384

§. IV. Corollaria notata digna. 384

Art. II. An repudium olim fuerit licitum Judaeis, & Romanis, aliisque Gentilibus, ita ut repudiando uxorem non peccarent, Deo disponente in lege naturae? 385

§. I. Pramittitur quod apud omnes est certum, & referuntur sententia. 386

§. II. Vera sententia duplici conclusione statuitur. 386

§. III. Solvuntur objectiones. 387

Art. III. Utrum ob adulterium alterius conjugis, matrimonium quoad vinculum dissolvatur? 387

Art. IV. An, & quo jure, matrimonium ratum, per sollemnem Religionis professionem dissolvatur? 389

§. I. Triplici conclusione utraque difficultas resolvitur. 389

§. II. Solvuntur objectiones. 390

Art. V. An & quando matrimonium legitimum & consummatum inter infideles, quoad vinculum dissolvatur, vel dissolvi possit, per alterius conjugis conversionem ad fidem, altera perseverante in infidelitate, & nolente pacifice vel sine convulsione Creatoris, habitare cum altero? 391

§. I. Duplici conclusione utraque difficultas resolvitur. 391

§. II. Solvuntur objectiones. 393

**DISPUTATIO VI.**

De bonis Matrimonii. ibid.

Art. I. An & quae bona necessaria sint ad excusandum matrimonium? ibid.

**DISPUTATIO VII.**

De impedimentis matrimonii in communi. 395

Art. unicuique. Penes quem sit potestas apponendi impedimenta matrimonii? ibid.

§. I. Duplici conclusione utraque difficultas resolvitur. 396

§. II. Corollaria precedentis doctrina. 396

§. III. Solvuntur objectiones. 396

**DISPUTATIO VIII.**

De impedimentis prohibentibus. 397

Art. I. Quingue prima impedimenta exponuntur. 397

Art. II. Alia septem impedimenta ex crimine provenientia explicantur. 398

**DISPUTATIO IX.**

De impedimentis dirimentibus. 399

Art. I. De impedimento erroris & conditionis. 399

Art. II. Quo jure votum sollemne Religionis dirimat matrimonium subsecuens? 401

§. I. Sententia D. Thomae praefertur. 401

§. II. Solvuntur objectiones. 401

Art. III. De impedimento alio objecto. 403

Art. III. De impedimento cognationis. 404

§. I. De impedimento cognationis carnalis, seu consanguinitatis. 404

§. II. De cognatione spirituali. 405

§. III. De cognatione legali. 406

Art. IV. De impedimento criminis. 406

Art. V. De impedimento disparis cultus. 407

Art. VI. De impedimento Ordinis. 407

Art. VII. De impedimento ligamini. 407

Art. VIII. De impedimento publicae honestatis. 408

Art. IX. De impedimento affinitatis. 409

Art. X. De impedimento impotentiae, clandestinitatis, & raptus. 410



TRACTATUS SECUNDUS

DE

SACRAMENTIS IN COMMUNI.

Ad Questionem 60. D. Thomae, usque ad 66.

PRAEFATIO.



**P**URA sunt ( Amice Lector ) quibus lex nova veterem, & Ecclesiae Synagogam superent, & quae inter precipuos redemptionis fructus recenseri solent. Sed vix ullum concessum hominibus majus agnovi Sacramentis, quae Salvatoris fontes, canales sacros, quibus caelestis gratia diffundat, & Paradisi fecundas arbores, nuncupare licet. Si Ecclesia celum est, & quod oculis cernimus, celo praesentius, jure Sacramenta septem planetas dixeris, quibus caelestis haec irroratio ad abluendos ac vegetandos animos proveniat; & nisi haec Gentilium fabulas respicerent, a quibus abstinentiam Theologus in primis censo, non esset admodum difficile, singulares ejusque virtutes aut effectus, seu Luna innovandi vim, seu Martis pugnandi fortitudinem, seu Venus foecunditatem, ceteraque hujusmodi, ad nostra Sacramenta transferre. Nec a consuetudine forsitan & usu loquendi Patrum, plurimum abhorreret, cum nihil frequentius sit, Eucharistiam in medio instar Solis positam, ut cetera sua luce perfundat. Sed erit collatio manifestior, & quam frequentius Patres usurpent, si quis Ecclesiam Paradisum dixerit; nam ut egregie Tertullianus libro secundo contra Marcionem: Bonitas delicias adiecit homini, ut quamquam totius orbis possidens in amoenioribus moraretur, translatus in Paradisum, jam tum de mundo in Ecclesiam. An hujus felicitatis Paradisi, loco arborum, Sacramenta collocata sunt. Inferuit ( inquit Laurentius Justinianus libro de ligno vite ) in ea ( scilicet Ecclesia ) arbores & ligna, id est Ecclesiae sacramenta, quorum alimento nutriantur qui illic collocati sunt, & suaves usque ad delicias fructus decerpant. Nec sane minor in Sacramentis, quam paradisi arboribus, varietas, quibus multiformis, seu, ut aliis placet, multivaria, Dei gratia profuatur. Decurrit aetates hominis singulas, per seculo aetatis omnibus iuendis aut fovendis praesidia & remedia, seu primo producenda, seu post ortum augenda, seu post incrementum servanda natura sit; & haec ad statum usumque animorum transfer, & sane nullum, ut ita dixerim, anime statum aut aetatem perspicies, cui non suum Sacramentum paratum sit, eaque simili elemento petendum, unde aetates hominum foveri solent, ut pene quibus vegetantur ac nutriuntur corpora, sanandis, curandisque animis rebus eguisse Deus videatur: Nec aquam ( inquit Tertullianus libro primo contra Marcionem ) reprobavit, qua suos abluit; nec oleum, quo suos unxit; nec mellis & lactis societatem, qua suos infantat; nec panem quo ipsum suum corpus representat, etiam in Sacramentis propriis egens mendicitatibus Creatoris. Eximium hoc redemptionis munus hac ultima parte, qua jam finem aspicio, ut brevi Theologiae cursum absolvam, explicio. Quid a me sperare debeas hac etiam tractatione, non dicam, curi nec ipse, ut puto, dubites, & certiora sint argumenta, quam ut conjecturis solum locus esse debeat, eandem doctrinam securitatem, nec dissimilem explicandi methodum, qua aliis partibus minime desunt, non erit cur hac etiam parte desideres. Sed antequam hanc tractationem aggrediar, Lectori rem utilissimam, meoque insititum opportunam, me facturum existimavi, si qua desunt Concilium Florentinum, de materia, forma, numero, & aliis quae ad sacramenta pertinent, hic velut in exordio exhiberem. Cum enim haec brevem totius rei sacramentariae Synopsin & compendium contineant, & necesse sit identidem plura in id desumi, erit epior perperam Lectori, si eodem tenore quo descripta sunt, hic ea reperiat, ne cogatur, si cum ipso textu conferre velit quae occurrunt ( & sane occurrunt plurima frequentissime ) maximo sui studii, atque dispendio, tomis ipsos Conciliorum perolvere. Interim dum ultimam Theologiae manum impono, beneficium qua jam usus es, aut quod adhuc paro, usuram hanc opto, ut me tuis ad Deum precibus juves. Vale.





propositione a. dicens: Sacramenta veteris legis non ideo sacramenta sunt, quia significant gratiam iustificantiem, sed quia significant & efficiunt gratiam legalem...

¶ I. Duplex conclusio difficultatis proposita resolvitur. Dico primo: de ratione sacramenti esse significare perfectam sanctitatem, quae est per gratiam.

Probatu primo auctoritate D. Augustini 19. contra Faustianum cap. 16. dicentis sacramentum esse donum temporale, significare vero donum aeternum: nomine enim doni aeterni nequit intelligi sanctitas solum legalis...

Probatu secundo: Docent communiter Theologi non posse verum sacramentum institui nisi a solo Deo, vel ex speciali commissione ipsius: quia nimirum sacramentum debet esse signum gratiae conferendae, & solus Deus, sicut potest esse auctor gratiae...

Probatu tertio: Ad rationem sacramenti ut sic, requiritur significatio illius sanctitatis, quae distinguit ipsum ab omnibus quae non sunt sacramenta: Sed sanctitas legalis & imperfecta non distinguit sacramentum ab omnibus quae non sunt sacramenta...

Si dicas illa tria abunde dederunt a ratione sacramenti, ex eo nempe quod sunt caeremoniae, non a Deo, sed ab Ecclesia propria auctoritate instituitur. Contra est quod in precedenti probatione dicebamus, nempe quod si ad rationem sacramenti sufficeret significatio cujuslibet sanctitatis imperfectae...

gressione conversari eam eo. Unde in veteri lege mulier alienigena, seu non ex femine Israel progenita, quantumvis ex se sancta, & recta coram Deo, erat tanquam imunda legaliter...

¶ II. Solvuntur objectiones. Obijes primo contra primam conclusionem: Ad rationem sacramentorum veteris legis sufficiebat sanctitatem legalem, atque adeo imperfectam, significare: Ergo & ad rationem sacramenti ut sic. Consequentia est legitima: sacramenta enim legis antequam fuerunt vera sacramenta...

Probatu tertio: De ratione sacramenti est quod sit signum practicum gratiae, ut articulo precedenti ostensum est: Sed non potest dici proprie signum practicum gratiae, si eam non significare et dandam in actuali usu suscipiendi sacramentum: Ergo illam ut sic dandam significat.

¶ III. Solvuntur objectiones. Obijes primo contra primam conclusionem: Ad rationem sacramentorum veteris legis sufficiebat sanctitatem legalem, atque adeo imperfectam, significare: Ergo & ad rationem sacramenti ut sic. Consequentia est legitima: sacramenta enim legis antequam fuerunt vera sacramenta...

Obijes primo contra primam conclusionem: Ad rationem sacramentorum veteris legis sufficiebat sanctitatem legalem, atque adeo imperfectam, significare: Ergo & ad rationem sacramenti ut sic. Consequentia est legitima: sacramenta enim legis antequam fuerunt vera sacramenta...

Confir-

Confirmatur: De ratione sacramenti, cum sit signum practicum, solum esse significare illam sanctitatem quam conferre potest: Sed sacramenta veteris legis perfectam sanctitatem quae est per gratiam conferre non poterant...

Ad objectionem respondeo negando Antecedens, & ad ejus probationem, distinguo Majorem: Ad rationem sacramenti sufficit significare illam sanctitatem quae est propria statui pro quo datur, si talis sanctitas non ordinatur tanquam dispositio ad aliam majorem sanctitatem...

Ad confirmationem nego Majorem: Ad rationem enim signi practici gratiae, sufficit quod significet perfectam sanctitatem qua virtute propria confert, atque in actuali ejus usu confertur: licet autem sacramenta veteris legis non haberent vim physice productivam gratiae...

Secundo: D. Thom. in presenti art. 2. ad 1. asserit sanctitatem in sacramentis significari per modum causae formalis, vel finalis: ex quo sequitur non esse necessarium in Sacramento sanctitatem significari per modum causae formalis, sed sufficere quod significetur per modum causae finalis...

Terzio, in resp. ad 2. ex eo probat immolationem agni Paschalis fuisse sacramentum, quia significabat immolationem Christi, quae (inquit) sanctificat sumus: Sed sanctitas illa qua sanctificat sumus, non erat illa qua sanctificabantur Iudei in usu actuali talis sacramenti...

Respondendo ad primum, per gratiam dandam virtute passionis Christi, intellexisse Concilium, gratiam dandam tunc in ipso actuali usu sacramenti legis veteris, non vero gratiam dandam solum post passionem Christi...

Ad secundum respondeo, sensum verborum D. Thomae esse quod sanctitas significatur in sacramentis, vel per modum causae formalis in ordine ad illam qui sacramentum suscipit, vel per modum causae finalis, in ordine ad legem antiquam, respectu cuius gratia est finis...

Ad tertium dicendum, illa verba D. Thomae, qua sanctificati sumus, esse referenda non solum ad nos qui post Christi passionem nati sumus, sed etiam ad alios omnes homines qui adventum Christi expectant...

Theol. Genes., Tom. V.

Corollarium notatu dignum.

EX dictis intelliges, sacramentum sic recte defini: Sacramentum est signum ad placium rei sacrae, per se esse iustificantis homines: nomine rei sacrae intelligendo gratiam habituralem, ut collatam in actuali usu sacramenti: nomine signi intelligendo signum a Deo in Ecclesia permanente institutum: cum enim sacramenta sunt signa quibus in unum nomen religionis colliguntur homines...

ARTICULUS V.

An sacramentum sit signum unius rei tantum?

Dico primo: Sacramentum ut sic significare tria, scilicet passionem Christi, gratiam, gloriam. Ita Divus Thomas hic art. 3. Probatu ejus ratione: Sacramentum esse essentialiter signum gratiae sanctificantis homines: Ergo etiam passionis Christi, & gloriae. Consequentia patet: nam gratia sanctificans dicitur habitudinem ad passionem Christi, tanquam ad causam efficientem physice, vel moraliter, & ad gloriam tanquam ad finem...

Confirmatur: Sacramentum non significat utcumque gratiam, sed ut medicinalem, & sanativam: gratia autem, ut talis, respicit passionem Christi tanquam causam efficientem, & gloriam tanquam finem, quia omne naturae lapsu remedium ut ex passione Christi, et in vitam aeternam ut in finem ordinatur, eo quod vulnera naturae consistat praecipue in carentia mediourum ad eam ordinantium.

Ex quibus intelliges, verum esse quod ait D. Thomas in fine corporis ejusdem articuli, nimirum sacramenta novae legis esse signa rememorative, demonstrativa, & prognostica: rememorative ejus quod praecessit, scilicet passionis Christi; demonstrativa ejus quod in nobis efficitur per passionem Christi, scilicet gratiae; prognostica vero illius quod in futuro expectatur, scilicet gloriae. ut idem Sanctus Doctor de Sacramento Eucharistiae asserit in Officio quod de illo iussu Urbani IV. edidit, his verbis: O sacrum convivium in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, & futurae gloriae nobis pignus datur. Et in hoc differunt sacramenta novae legis a sacramentis legis antiquae; ista enim erant tantum demonstrativa & prognostica, non vero rememorative; significabant enim gratiam, quae ad praesentiam ipsorum conferrebatque per

A 4 per

per passionem Christi nondum existentem, sed futuram, subindeque erat prognostica eadem gloria, ut sacramentum nova legis, sed etiam ipsius passionis Christi.

Hac sunt certa & indubitata apud omnes, sed est difficultas & controversia inter Theologos, an sit de essentia sacramenti hæc tria significare, alii partem affirmativam, alii negativam tenentibus, sed breviter respondeo, & dico secundo: Licet non sit de intrinseca ratione sacramenti ut sic, prout abstractè à sacramentis existentibus & possibilibus, hæc tria significare, intrinsece tamen id convenit sacramentis jam institutis.

Prima pars probatur primo ex D. Thoma hic artic. 3. ad 3. dicente: *Sufficit ad rationem sacramenti quod significet perfectionem quæ est forma*, quam in corpore articuli gratiam esse dixerat.

Secundo: Sicut Deus potest absolute conferre gratiam non ex meritis Christi, ita potest absolute instituire sacramenta, quæ solum significarent gratiam dandam in usu ipsorum immediate ab illo, absque ordine ad passionem Christi. Ergo non est de intrinseca ratione sacramenti, hæc tria, nimirum passionem Christi, gratiam & gloriam significare.

Quod vero sacramentis jam à Deo institutis, id intrinsece conveniat, patet ratione quam supra adduximus: Sacramenta enim à Deo in lege veteri aut nova instituta, non significant utcumque gratiam, sed ut medicinalem & sanantivam: Atque gratia ut talis respicit passionem Christi ut causam efficientem, & gloriam ut finem & consummationem: Ergo de ratione sacramenti est significare hæc tria, nimirum passionem Christi, gratiam, & gloriam.

Confirmatur: De ratione sacramenti à Deo instituti est significare gratiam eo modo quo conferitur: sed conferitur per meritum passionis Christi, & in ordine ad gloriam: Ergo de ratione sacramenti à Deo instituti est significare passionem Christi, gratiam, & gloriam.

Confirmatur amplius: Distinctio essentialis sacramentorum veteris & novæ legis, desumitur ex eo quod est essentialis eorum significatio: Sed sacramenta veteris & novæ legis distinguuntur in eo quod illa significabant gratiam conferendam per merita Christi venturi, illa vero per merita Christi præsentis: Ergo est essentialis sacramentis à Deo institutis significare Christum merentem, ac proinde patientem.

Dices: Cum sacramenta veteris legis janam regni cælestis non aperirent, quia scilicet ante Christi mortem nulli patebat ingressus in regnum colorum, non significabant gloriam virtute eorum futuram, sed tantum virtute meritorum Christi venturæ. Et certe quod agnus Paschalis significaret præter passionem Christi, gratiam, & gloriam, manifestum est eo quod est, quod esset rememorativus liberationis populi Israeliticæ ab Ægypto ut iret in terram promissionis: hæc enim duo significant gratiam liberantem à peccato, & adeptionem gloriæ, cujus terra promissionis erat figura. Item in circumcissione abscissio pelliculæ membræ genitalis, significabat remissionem culpæ originalis, quæ per generationem traducitur, nec non circumcissionem labiorum, futuram in gloria, & sanguis emissus in illa abscissione, passionem Christi Domini.

Quantum vero ad sacramenta legis novæ, non solum Baptismus & Eucharistia, sed etiam alia gratiam sanctificantem, passionem Christi, & futuram gloriam representant: etenim sacramenta quæ in oleo ministrantur, videlicet Confirmatio, & Extrema-unctio, significant primo unionem spiritualem qua Christus Psalm. 44. & ad Hebræos 11. dicitur unctus, quasi fortis athleta cum diabolo, & cum morte in cruce pugnaturus; secundo, unionem spirituales anime, quæ fit per gratiam; tertio, spirituale gaudium exultationem, eo quod oleum in Scriptura gaudium significat, Matth. 6. *Cum jejunas, unge caput tuum oleo*, Psalm. 103. *Ut exhiberet faciem in oleo*. Item in sacramento penitentia contritio significat dolorem & tormentum, quibus Christus attritus est propter scelera nostra; propitium vitam emendandam significat renovationem vitæ, quæ fit per gratiam; absolutio vero a peccatis, cum fiat auctoritate clavium, apertionem regni cælestis designat, juxta illud Matth. 18. *Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis*. Præterea in sacramento Ordinis, cum ordinatus ad participationem sacerdotii Christi assumatur, significat tale sacerdotium, proindeque & sacrificium quo Christus ipse se in ara crucis Patri æterno obtulit. Rursus cum tale sacramentum consecratione perficitur, significat spiritualem consecrationem anime, quæ fit mediâ gratia, immo & gloriam;

Ad secundam confirmationem distinguo Minorem; principalis significatum in transubstantiatione absolute sumptum, est corpus Christi, concedo. In transubstantiatione ut significata per modum elementis spiritualis, potentes animam per gratiam reficere, nego Antecedens, & Consequentiam; sacramentum enim Eucharistia significat transubstantiationem isto secundo modo.

ARTICULUS IV.

*Unum sacramentum fit semper res aliqua sensibilis, & hoc fit illi ita essentialiter, ut de potentia Dei absoluta, non possit institui sacramentum in aliqua re spirituali & insensibili?*

Dico primo: sacramenta constare de facto rebus sensibilibus.

Conclusio est certa de fide, habetur enim in sacra Scriptura in qua narratur sacramentorum institutio, & res sensibiles ex quibus quodlibet illorum constat, referuntur, ut patet cum agemus de singulari in particulari. Habetur etiam in Conciliis, præcipue Florentino & Tridentino in doctrina de sacramentis, & in Jure de consecr. dist. 2. *Can. sacrificium*, ubi sacramentum dicitur, *invisibile gratia visibilis forma*. Et dist. 4. *Can. Multi*, ubi dicitur baptismum perficitur per immersionem baptizandi. Denique D. Augustinus tractat. 8. in Joan. loquens de baptismo ait, *Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum*.

Varia etiam asseri solent congruentia, quibus nostra conclusio suaderi potest. Prima & præcipua ea est quam adducit S. Thomas hic artic. 4. & quæ sumitur ex parte Divinæ Sapientia: nam Divina Sapientia unicuique rei providet secundum suum modum, unde Sapient. 3. dicitur quod *suaverè disponit omnia*: est autem homini naturale, ut per sacramenta deveniant in cognitionem intelligibilem: unde Dionysius de celesti hierarchia cap. 1. *impossibile est nobis aliter lucere divinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumvelatum*: Ergo cum res factæ que per sacramenta significantur, sint quedam spiritualia & intelligibilia bona, quibus homo sanctificatur, conveniens fuit ut per res aliquas sensibiles, sacramentorum significatio impleteretur, & sic sacramenta rebus sensibilibus de facto constare debent. Quam rationem insinuat Nazianzenus oratione de baptismo, his verbis: *Medicamentum, partem corporale, partem spirituale aptissime convenit in eos egrotos, quorum natura corpore & spiritu continetur*. Et Chrysostomus homil. 26. in Matth. dicens: *Si tu incorporas vestem, nuda ipse domus incorporas radii facies tibi, quoniam vero corpori conjuncta est anima tua, insensibilis intelligitur tibi traditurum*. Similia habet homil. 62.

Secunda petitur ex parte omnipotentia divinæ, quæ in hoc maxime elucet, quod res sensibiles que fuerant homini occasio spiritualis infirmitatis, factæ sint efficaciam remedia salutaris.

Pertinæ ex parte divinæ justitiæ; æquum enim erat, ut quia homo per superbiam noluit subijci summo Spiritui, per humilitatem subijciatur rebus inermis & sensibilibus.

Quarta ex proportione ad Ecclesiam, quæ constat membrum visibilibus, & capite (scilicet Christo) naturam sensibilem & humanam includente, & divinum, invisibilem & spiritualem: unde ut sacramenta, cum ea analogiam & similitudinem habeant, oportet ut cum virtute occultæ causantur gratiam, & significationem spirituali gratiæ, rem corpoream & sensibilem includant.

Quinta denique ex fine sacramentorum, qui est multitudinem hominum in unam religionem adunare: hoc autem fieri non potest nisi per aliqua signa sensibilia, ut docet Augustinus 19. contra Faustulum cap. 11. dicens: *in nullum religionis nomen homines convenerunt, nisi aliquo significationem aut sacramentorum visibilium consortio*.

Dices: Character baptismalis est res & sacramentum simul, & similiter corpus Christi sub speciebus Eucharisticis existens; pariterque interior contritio est pars sacramenti penitentia, & tamen hæc non sunt aliquid sensibile: Ergo ad sacramenta non requiruntur res sensibiles.

Respondeo cum D. Thoma in 4. dist. 1. quest. 1. art. 1. quest. 3. ad 3. quod *Character baptismalis, & corpus Christi verum, non dicuntur sacramenta, nisi secundum quod conjunguntur signis sensibilibus*. Et hoc artic. 4. ad 1. ait: *Effectus autem intelligibiles non habent quod possit ducere in cognitionem aliter, nisi in quantum sunt per aliud manifestati, id est per aliqua sensibilia*. Et per hunc etiam modum, quædam que non sunt sensibilia, dicuntur quodammodo sacramenta in quantum sunt significata per aliqua sensibilia, de quibus infra agemus: nempe qu. 63. art. 1. ad 2. ubi ait S. Doctor, quod character anime impressus habet rationem signi, in quantum per sensibile sacramentum exprimitur: per hoc autem sicut aliquis esse baptismali characteri insignitur, quod est ablatum aqua sensibilis. Idemque de contritione docet infra qu. 84. art. 1. ad 3. & ad 1. notat quod

namque corporaliæ rerum, intelliguntur large etiam ipsi exterriores actus sensibiles, qui ita se habent in penitentia, sicut aqua in baptismo, vel christina in confirmatione.

Dico secundo, potuisse à Deo institui sacramenta ex rebus insensibilibus. Est contra Cabreram, Nunno, Joannem a S. Thoma, Suarez, Bellarminum, Sayrum, Bernal, & alios Recentiores, exstantes sacramentum ita essentialiter exigere quod constet ex re sensibili, ut nec divinitus sacramenta constare possint ex folis rebus & signis spiritualibus. Oppositum ex nostris docent Soto, Aravio, Serra, Martinez a Prado, & ex extraneis Henriquez, Valquez, Cartagena, & alii, cum quibus.

Probatur conclusio ratione a priori: Institutio sacramentorum est ad placitum ex sola libera voluntate Dei: Ergo sicut elevavit materiam sensibilem ut significaret & conferret gratiam, ita potuit elevare operationem internam, v. g. actum pure internam adorationis, ad significandam, immo & causandam gratiam; in quo casu actus ille haberet quiddam requiritur ad essentiam sacramenti, esset enim signum practicum, ad placitum Dei, gratie sanctificantis, in ipsius actuali exercitio conferenda.

Confirmatur primo: Quamvis de facto Deus Angelis dederit gratiam abque signis & sacramentis, tamen non repugnat potentia absolute, quod factus hominibus dedit sacramenta eis proportionata, sub tegumento visibili, invisibilem gratiam significantia, & contentia; ita daret signa & causas instrumentales in actu exercitio causarum in Angelis gratiam: Sed hujusmodi signis & causis nihil essentialis sacramenti deficeret, essent enim gratia practica, & ex beneplacito seu institutione Dei gratie sanctificantis, in actuali eorum exercitio conferenda. Ergo poterunt à Deo institui sacramenta ex rebus insensibilibus.

Confirmatur secundo: Deus ad patranda miracula potest interiori motu hominis tanquam instrumento uti juxta D. Thomam 2. 2. quest. 178. art. 1. Ergo potest eandem operationem immanentem elevare ut instrumentaliè causet gratiam, eo genere causalitatis, quo nunc causantur sacramenta: Sed accedente divina institutione, talis actus interior habebit omnia essentialiter requisa ad sacramentum; erit enim signum practicum, ad placitum Dei, gratie sanctificantis, in ipsius actuali exercitio conferenda: Ergo nihil repugnat Deum instituire sacramenta ex rebus insensibilibus. Verum tamen est, quod talia sacramenta non essent equaliter rationis cum his que modo sunt, cum ita sint signa sensibilia, & consequenter omnibus communia; illa vero essent insensibilia, subindeque specialia solum prædictum actum elicenti. Item non essent ita proportionata homini, qui non venit in cognitionem spiritualem, nisi quasi manufactus per sensibilia.

Dices primo: Est de ratione signi quod sit sensibile, ut patet ex hac definitione signi quam tradit D. Augustinus 2. de Doctrina Christiana: *Signum est quod præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire*: Sed de ratione sacramenti est quod sit signum, cum sit essentialiter in genere signi, ut artic. 1. ostendimus: Ergo nequit dari sacramentum quod non sit sensibile.

Respondeo negando Majorem, nulla enim est repugnantia quod dentur signa spiritualia instrumentalia, quamvis secundum primævam vocis impositionem, primo & principaliter dicantur signa que sensibus offeruntur, ut ait S. Thomas hic artic. 4. ad 1. Unde ad Augustinum, dicendum, illum non definire signum in tota sua latitudine, sed solum prout completitur omne signum ab homine institutum, illud enim debet esse sensibile: unde signum abstrahens a spirituali & sensibili quod possit institui, debet sic defini: *signum est quod mediante, sive præsupposita sui notitia, in alterius cognitionem deducit*: sive prima illa cognitio pertineat ad sensum, sive ad intellectum.

Dices secundo: Non minus est de intrinseca ratione sacramentorum, quod constent rebus sensibilibus, quam quod sint signa ad placitum: Sed fieri non potest, etiam de potentia absolute, quod sacramenta sint signa naturalia gratiæ: Ergo etiam implicat dari sacramenta que non constent rebus sensibilibus.

Respondeo negando Majorem: cum enim nulla creatura factibilis possit naturaliter causare gratiam, non potest etiam naturaliter eam significare, sed solum ex institutione Dei virtutem productivam gratiæ et tribuentis; unde implicat in terminis aliquid esse sacramentum, & esse signum naturale, nam ut ait S. Doctor hic artic. 5. ad 2. *Res non ordinatur ad sanctificationem ex aliqua virtute sibi naturaliter indita, sed solum ex institutione divina*. At vero materia sacramenti assumitur ad libitum institutis, unde sicut alumpsi materiam sensibilem, potuit assumere actus pure internos & spirituales.

